

lapathi, croci, nucleorum pini, amygdalarum amararū, A opij ana vnciam vnam, physalidon vnc. iij. vini quantum sat sit.

SYLVII. **H**I trochisci *de quibus dicitur* id est de halicacabo: conueniunt ardori vrinæ, quam vocant ab vlcera reuibus, vteribus, vesica, meatu vrinario pluribus continenter diebus assumpti cum melle rosato, vel hydromelite, vel vino austero imbecillo. Nam vlcera tergent, glutinant, in cicatrice tegunt, & vrinæ acrimoniam vlcibus mordacem mitigant, strigmenta cum vrinis mucosa, & dolorifica obtundunt. Possunt etiam, sine opio parari. Alia est compositio Pau. & Actuarij, magna parte cum hac conueniens. Hactenus troch. Mesue. Trochisci ex Agarico fiunt ex ipsius puluere cum vino albo, cui zingiber fuerit infusum, vires habet agarici, sed magis agit, minoremque ventriculi noxa. Trochisci dia glaucii Gal. ad phlegmones mediocres non pulsantes, incipientes, præsertim aurium, oculorum, & erysipelata incipientia, & oedemata, & aurium vlcera. Glaucium ex aqua pluuiæ diligenter tere, forma pastillos, addita gummeos parte xij. aut xv. si fragilius fuerit quam formari possit. Troch. Andronis, Passionis, Polydæ multiplex lib. cōp. ph. g. & Paul. lib. 7. Troch. dia. opii. Gal. ad aurium inflammatarum dolorem magnum, & implacabilem. Recip. castorij per se læuigati accurate drach. i. opij in sapa dissoluti drach. i. si dolor sit vehementissimus: si minor est drach. s. tempore vtendi dissolue sapa ex musto (hoc enim magis mulcet dolorem, quam vinum dulce) in consistenteriam, quæ clystere auriculario possit auribus infundi. Troch. bechici tussim ab arteriæ asperæ siccitate, & caliditate leniunt, in catapotijs dicta recipiunt, succi glycyrrhizæ, sacchari opii ana drach. vj. amyli, tragacanthi, amygdulæ, ana drachm. iij. cum succo sem. psyllij, vel sem. cydoniorum forma. Troch. albi idem pollentes, gummi tragacanthi, in aqua rosarum dissoluti, & sacch. albi, q. s. Si insomnia adest, misce sem. lactuce, & papaueris, ana drach. j. & in catarrho acri. Mirum est vulgus catapotia vocare has hypoglossidas, & arteriæ antidotos, cum lupini forma fiant vti ceteræ. Etiam si Mesues harum autor pilulas vocet, alia sunt bechicæ. Alex. ad. pag. 120. Quævis catapotia etiā bechica inueniantur, qualia sunt hæc Gal. lib. 7. comp. ph. par. dolorem lenientia, somnum conciliantia, & sanguinem spuentibus salubria, styracis vnc. i. opij, myrrhæ ana semunciam, passo dissoluta singe in catapotia, erui magnitudine danda dormituro.

COST. **H**ALICACABI. Quorsum, hic vbi deterfione cum apertione est opus, bolum, aliaq; multa summat, astringente, & incrassante prædita facultate, mirandum videtur. Sed non modo deterfione harum partium vlcera egent, at etiam, ob dolorem, qui sæpe acerrimus eas inuadit partes nervosas, & sensu insigni præditas, inducendum est ipsis aliquid, quod eas veluti muniat, ne acrius lotium præterfluens dolorem, vlcusq; adaugeat, præstare autem hunc muniendi vsum bolum potest, præterquam, quod glutinat, si aliquid vniendum sit in vlcere, & desiccet, quæ ratio est vlcera curandorum, boli autem, & reliquorum vitium quo sordida lentore suo reddere possint vlcera, corrigunt hoc loco, & semina vesicarij solani detergentia efficacissime, & semina alia citruli, melonis Indæ, cucurbitæ, apij, & glycyrrhizæ succus.

DISTINCTIO NONA de suffuf & Pulueribus.

CHR. **H**ÆC est nona pars principalis, in qua determinat de diuersis dispositionibus puluerum conferentium diuersis dispositionibus. Et licet communiter non habeantur in vfu, nec præparati reperiuntur, tamen vfu ipsorum magistraliter est conueniens diuersis dispositionibus propter eorum vilitates, & iuuaméta. Differt autem puluis a Suffuf: nam puluis est nomen generale ad omnem puluerem crassum, vel subtilem, sim-

plicem, vel compositum. Suffuf autem est nomen particulare solum ad puluerem subtilissimum, sicut alcohol, & compositum pluribus pulueribus. Differt autem Suffufa hies, quod est puluis subtilissimus reductus ad formam troch. fricatur autem prædictum hies, cum aliquo liquore, & aqua fœniculi, vel rosata, & administratur passionibus oculorum propter eius subtilitatem.

VIDE TVR intelligere Mesue medicamina ex odoratis rebus in puluerem reductis composita, quæ cum aliquo liquore bibuntur. In his pauca sunt, quæ declarationem desiderent. In primo quidem nihil.

Pulueres odorati tenuissimi, & compositi cum liquore aliquando bibendi, Arabibus suffuf dicti, vfu hodie rarissimi.

QUOD antea dicebamus, præstaret simplicia **COST.** **Q**omnia præsertim aromata in præsentem vsum tenere, quum res postulat. Ceterum ob præcipitem morborum motum sæpe in promptu esse præsidia oportet, licet aliquam iacturam passa. Præterquam, quod vbi plura commiscuntur, eorum quæ miscuntur fermentatio fit quedam, & communicatis ipsorum inuicem facultatibus vna quasi noua forma surgit maioris paulo postea vsus, quam antea. Ob id etiam puluis multarum rerum cum simplex, tum compositus paratur, seruaturque in repentinum vsum. At vero non potest hic diutius integras vires seruare, vt melle saccharo succove alio exceptus seruatur, euanescent enim ex attenuata eius substantia, vis celerrime, præsertim, q̄ in igneis, acereisq; partibus infidet: vt propterea, qui recte medicinam faciunt, non temere eiusmodi pulueres non annuas modo, sed etiam quadrimestres negligunt, vbi ex ijs constant rebus, quæ odore præstare debent. At rerum, quæ natura inodora sunt, quarumque densa, crassa, duraque materia est, longe diuturnior est vigor, vt gemmarum, corallorum, margaritarum, lapidum, cornuum, propterea quæ huiusmodi sunt, vt longiori tempore egent, vt in puluerem ducantur, & præparentur, ita etiam diutius durant. Horum autem, & reliquorum, quorum ad siccandum præcipuus est vsus, seruari, & potest, & debet puluis, vel pro puluere formari pastilli debent opportune parandi, reliqua in præsentem potius necessitatem teri consulerem: præsertim in ijs affectibus, qui dāt medicos afferendi præsidij inducias: quales ferè sūt quotquot ijs puluerib. curantur, quos dicit Mesue hoc tractatu describit.

MESVE.

PULVIS ligni aloes, ventriculi humiditatem immodicam siccatur, flatu dissoluit, coctionem inuat. Recip. ligni aloes vnc. dimid. galliæ aur. j. & s. saccha. albi, vnc. j. & s. potatur drac. iij. cū miua.

EST hic puluis conueniens ad desiccandum humiditates contentas in stomacho, & ad resoluendum ventositates in eo, & est adiuvans ad digestionem. Et dosis est drac. iij. cū miua, s. simplici, vel aromatizata distis superius, distemperatus cū aqua mētæ vel absinthij, vel fœniculi, secundum dispositionem: & debet assumi sub actuali caliditate de mane vel de sero, vacuo stomacho, & ante cibum per duas horas.

CVM miua simplici, vel aromatica, & aqua fœniculi, vel menthe, vel absinthij horis duabus ante cibum, & si vis, vespere hora somni.

Dd 2 PVL.

MESVE DE PVLVERIBVS

COST. **P**VLVIS ligni aloes. Pro gallia hic, & insequen
ti aromaticam tertio loco antea ab hoc authore de
scriptam licebit sumere, ventriculo, reliquorumque vi
cerum frigidis affectibus utilem.

MESVE.

PVLVIS ligni aloes alius, cor, &
ventriculum roborat, oris odo
rem commendat, coctionem
inuat. Recipit ligni aloes drac.
iij. cardamomi, mentē siccae,
spicæ, † marrubij, cyperij, corti
cis citri, an. † drachm. iij. galliæ,
schœnu anthus, ana drac. j. mastiches, anisi, apij,
ana drac. iij. sacchari pondus omnium. Da cū miua.

CHR. **S**VFFVF aliud ligni aloes habet iuuamenta su
pradiçti pulueris, & ultra illa maxime confortat
virtutes hepatis, & cordis, & oris bonum odorem fa
cit. Marmacur idest marrubij, quidam exponunt id
est maiorana, quidam, & forte melius, idest melissa.
Et dosis est sicut supradiçti.

MAN. **M**ARMACVR.) In hoc secundo, quod vel me
lyssophyllon, vel citratū ocymū significat. In ato
matizato, nabet.) Pro quo saccharū candum accipiunt.

COST. **D**E ligno aloes aliud. Schœnanthum cum floribus
semper sumendum. Apij autem licet non expli
cet, & hic, & ubi absolute ponitur, semen accipies, re
liquis eius stirpis partibus valentius.

MESVE.

PVLVIS Diarhodon, intemperie
ventriculi frigidā corrigit, ob id
dolorē inde natū sanat, ipsumq;
roborat. Recipit trochiscorum
diarhodō, mastiches, ana drach.
iij. succini, mentē siccae, ligni
aloes, ana drachm. iij. & s. Da drachm. j. cum vi
no odorifero.

CHRI. **I**STE pulvis principaliter est calefactiuus malæ
complexionis frigida: stomachi: unde confert do
lori eius facto à materia frigida, & ventosa, & est mul
tæ cōfortationis virtutis digestiue in ipso, & deficca
tiuus humiditatu putridarū, & corruptarum conten
tarum in stomacho. Et dosis est vsq; ad drach. i. s. cū
vino odorifero, obseruatis conditionibus.

SYLVII. **H**VMORES in ventriculo superfluos, etiam putres, frigi
dos, flatuosos absumit, coctionemque adiuuat.

COST. **D**IARHODON. Elestrum ad dolores intestino
rum ex frigidis humoribus, & flatibus, drachmæ
vnius pondere ex odorato vino vel stillatitia cinnamo
mi, aut alia eius generis aqua datur non frustrato enen
tu. In nephriticis interdum confert, vel discussis flatu
bus, vel deturbatis inutilibus viscerum succis, quorum
presencia angustiores renes, vrinarijve meatus dolore
magis vexabantur.

MESVE.

PVLVIS aromatum, vētriculum
roborat, coctionem iuuat, flatus
dissoluit, halitus gratiā commen
dat. Recipit anisi aur. xij. femin.
foeniculi † aur. iij. glycyrrhizæ, † aur. vi.
zingiberis ana aur. iij. caryophyl
lorum, macis, cinnamomi electi, † galangæ, gal
liæ moschatae, ana aur. ij. ligni aloes, corticis ci
tri, ana aur. j. & s. moschi boni drachmæ vnius
quartam, sacchari albi ad pondus omnium, sac
chari candefacti, dimidium pondus omnium. Da
tur aur. ij. cum vino albo.

PVLVIS aromatum. Saccharum, quod hic abum
de sumit tum album tum quod candidum vocatur,
facile humescit; ita vt pulueres cogat. Sed ob id etiam
integras vires diutius seruat.

MESVE.

PVLVIS impinguare expertus. Reci
pit farinæ cicerum infusorum lacti
dulci, & siccatorum, & iterum infu
sorum lacti, & siccatorum, ac tertio
deinde coctorū vnc. vj. oryze frequēter lote, vnc.
ij. tritici, & hordei excorticatorū, & sape lotorū,
& siccatorū, & sape lacti infusorū, & siccatorū,
ana vnc. iij. amygdalarum dulcium, vnc. v. papa
ueris, † panis albi cocti de sceni ana vnc. iij. sac
char. albi, lib. j. tere. Da forbendas † in die mane
vnc. iij. coctas cum lacte, aut aqua cicerum.

G **S**VFFVF bonum impinguatiuum. Conuenit
scorporibus extenuatis macrefactis, ac etiam exic
catis. Tortellarum de sceni id est panis biscocti facti
de flore farinæ de illa contrata. Et dosis eius est vsque
ad drach. iij. sumendo de ipso pluribus vicibus in
die cum lacte, aut cum aqua ciceris.

TORTELLARVM. de seni.) Per quas panem bis
coctum. Efficax satis est ad concubitum ciendum.

CONVENIT emaciatīs etiam lacte, & decocto cicerum
dissoluit hic pulvis: ad venerem quoque ciendam facit.

PVLVIS impinguare. An oryza sit enim cortice
sumenda, an etiam lacte, vt reliqua hoc loco cere
alia maceranda sit, licet non scribat, non tamē errabis,
si deglubitam eodem modo lacti infundas quo reliqua.
Papaueris autem nomine intelligendum album, quod
hic cum alijs ad auertendam maciem nō importune as
sumitur: tum eo nomine quo somnum conciliare potest;
tum vi sistenda, retundendæque tenuioris acrioris fluxio
nis, quæ dum ne solidis partibus alimenta inhereant, ef
ficat, Hippocratis sententia, sape causa est tabis. Nō te
mere hinc puluerem Syluius Venerem excitare admo
net, est enim ad id efficax, & aucto semine, & flatibus
excitis.

MESVE.

PVLVIS baccarum myrti ad vētriculi
& aliorum viscerū imbecillitatē. Re
cipit. † baccarū myrti, & granorū gra
natorū acidorū tostorū ana drach. xx.
cymini Carmeni aceto 24. horas infusi, & sic
cati,

cati, coriandri sicci similiter infusi, & siccati, & torrefacti † (polentæ, succi mespilorum immaturorum, ceratiorum) rhois, gladium, ana drac. x. acaciæ, hypocistidos, ana drac. v. confice, & da.

ISTE pulvis est magnæ utilitatis ad lubricationem stomachi, & viscerum; sistit enim principali ter lienteriam, habet enim virtutem fortiter constrictiuam stomachi, & intestinorum. Sauich. idest hordei immaturi, anabach, idest succi mespilorum immaturorum. Dosis eius est cum vino citoniorum vsque ad drach. ij. temporibus supradictis.

MAN. **S**AUICH. græce ἀνιχ. latine polenta. **S**ANABACH. Abach apud Auic. est quod Diosc. lo ton arborem vocat. **C**HARUB. Græce ceratia, latine siliqua. Sed forte totum hoc legendum simul, hoc pacto: Sauich anabach charub despinis. Nam Auic capite de nabach, meminit sauich de nabach. Serapion vero dicit vnam eius speciem habere spinas. Erit ergo sensus: Sauich. idest fructus acerbi torrefacti sumpti a nabach, dicto charub spinosa. Alibi tamen per nabach intelligitur zizypha, hoc est iuiubas.) **C**VRICVR. idest arboris acaciæ. Tarathit. idest hypocistidos.

YL VII. **D**IARRHOEA, lienteriam, & omnem viscerum lubricitatem, siccando, & adstringendo, valenter corrigit.

COST. **B**ACCARVM myrti. Hunc efficacissimum ad fluxus ventris experire. Quod Syluius (baccas myrti) scribit, vetusta versio legit (grana myrti) quasi semina, non totus fructus exquiratur. Sunt vero ea ad affectus propositos valentiora reliquis fructus partibus, & faciliora, ut ducantur in puluerem, non errabit tamen, qui totas sumpsit baccas. Punicorum autem acini exprimendi antea sunt, ut facilius assentur. Quod vertit Syluius (polentæ) vetus interpretes legit (sauich) quod aliqui hordeum immaturum vertunt, alij sequentibus vocibus, id est mespilis immaturis, accommodat, quasi velit eorum immaturorum succum: Sic polenta, vacat. Licebit vtro velis modo impune (ut existimo) agere, polenta crassitudine, & lentore suo non importune ad hos affectus vsurpabitur, ad quos interdum etiā amyllum, succus autem mespilorum eo modo densatus, quo acacia in usum venit, ut in puluerem ducatur, aut (si etiam polenta sumenda est) immatura mespila arefacienda erunt, tum terenda. Exhibendi autem pulueris huius ratio licet non scribatur, siue sit cum punicis succo, siue cum succo citoniorum, aqua plantaginis, aut similibus, nihil interest.

MESVE.

VLVIS ad tussim, & thoracis dolorem. Recipit amygdalarum dulcium, sacchari, ana vnc. ij. semis. foeni. vnc. j. tere. Da cum iulep (scilicet violato, & aqua adianti albi.)

CHR. **H**IC est vltimus pulvis qui ponitur hic a Mes. qui est aliquantulum lenitiuus asperitatem pectoris, vnde est conueniens tussi antiquæ, & dolori pectoris, & datur cum iuleb violato, & aqua capillorum veneris. Ex supradictis pulueribus possunt construi confectiones, vel electaria cum zuccharo, vel cum

A melle, assumendo de eis iuxta portiones superius dictas in alijs electarijs. Et dosis esse poterit vsque ad drachm. i. Et omnes pulueres non sunt solutiui, sed solum habent virtutes superius dictas, & sic denominari poterunt sub illo nomine, sub quo hic denominatur. Exepli gratia, incipiendo a primo suffus, ubi dicitur suffus de ligno aloes, & sic de alijs. Est ali⁹ pulvis qui trahitur ex dictis Gal. v. de ingenio sanitatis c. de fluxu sanguinis ex ruptura venæ in pectore, qui summe conuenit ad restringendū omnem fluxum sanguinis vndeque; emanantis, maxime ex vulneribus, cuius hæc est descriptio. Recipit boli armeni, sanguinis draconis, terræ sigillatæ, thuris, masticis, aloes, pilorum leporis minutim incisorum ana drac. i. dissoluantur in albumine oui, & cum stupa, & cum petijs infusis in eo æqualiter expressis ponantur super locum, & quidam cum albumine oui ponunt de succo plantaginis. Alius pulvis traditur ab Auic. v. fen. iij. can. ca. de fractura cranei, hic pulvis capitalis generaliter ab omnibus medicis habetur in usu, & est conueniens post abrasionem ossis, & digestionem vlcis, & ipsius modificationem, ad generationem carnis, super ossē discooperto, & etiam super panniculo, dicto dura mater, si super eo aspergatur. Cuius hæc est descriptio. Recipe sarcocollæ, thuris, ireos, sanguinis draconis, myrrhæ, aristolochiæ lōge ana partes equales, fiat pulvis.

Pulvis factus solū ex limatura chalybis assumpt⁹ cum zuccharo rosaceo. Et dosis est drach. i. s. cum ij. zucchari supradicti in forma pilularū seu electarij, debet tamen prædicta limatura chalybis pluribus, & pluribus diebus in aceto infundi, & sic pluries exiccari, aliter eius usus non est conueniens, licet quidam ipsam limaturā præparent, & infundant quandoque in lacte caprino, & quandoque in aqua lactis, & quandoque in oleo amygdalarum dulcium, & hoc assument eam, quod non est malum, ut eius asperitas remoueat⁹ hic pulvis modo supradictio assumptus ieiuno stomacho est valde conueniens habentibus prostrationem appetitus, & relaxationem villorū stomachi ex humiditate superflua illam desiccando, vnde virtus digestiua stomachi multum vigoratur ex eius assumptione. Confert etiam principaliter cachexiæ, & corporibus quibus habitudo corrumpitur, & quibus corpus citrinatur cum admixtione coloris cinerici, vnde conuenit principio hydropisis hepar confortando, ac vigorando in virtutibus suis. Et generaliter est conueniens ad desiccandum omnes putredines, & corruptas materias vbiq; contentas in membris nutritiuis. Pulvis alius ab expertis chirurgicis multū habetur in usu, qui solum est factus de alumine de rocha adusto, & est valde conueniens in vlcibus fraudulentis, carnē fortiter corruptā remouendo, & bonā generando, eius mordicatio ex adustione remittitur, & conuenit in vlcibus putridis oris, gingivarū, & linguæ, lauantur. n. vlcera profunda carnosā, & fistulosa cū tali puluere infuso in aqua hordei, quandoque in vino, & quandoq; in lixiuio, secundum quod querimus maiore vel minorem exiccationem, & absterfionē, ut talis liquor melius attingat profundū vlcis, debet tamē colari prædictus pulvis a liquore, in quo infunditur, & sufficit virtus, quæ remanet in liquore, quandoq; conuenit prædicta vlcera cū cânula argentea clysterizare. Alius est pulvis, cuius usus est conueniens post digestionē humoris euacuandi, & est præcipaliter

Mesue.

Dd 3

solu-

Pulvis mirabilis in quolibet sanguine fluxu.

Pulvis in carnatione.

Pul. appetitum prostratum.

Pulvis ad vlcera.

MESVE DE TROCHISCIS

solutius materierum phlegmaticarum contentarū in iuncturis, attrahens a remotis. Et ideo conuenit, si debito tempore assumatur, podagricis, ischiaticis, & alijs passionibus iuncturarū, cuius hæc est descriptio. Recip. turbith, drachm. i. hermodactylorum drachm. s. zingib. scrup. i. zuccari, vnc. s. Et dosi est vsque ad drachm. i. s. de mane cum iure pulli, vel alio liquore conuenienti. Puluis in colica drachm. ij. cymini cum vino calido de mane ieiuno stomacho, & est curatiuus, & præseruariuus, si aliquibus diebus continetur eius assumptio.

SYLVII

Hi pulueres recipi possunt in electaria mollia, & dura, mellita, vel saccharata. Puluis Gal. lib. s. methodi, omnem hæmorrhagiam, etiam ex arteria sistit. Rec. thuris partē j. aloes partē j. semiss. vtriusque tempore cum oui albumine subige ad mellis crassitiem: pilo leporis molissimo excipe: uasi ipsi, & vlcera liberaliter impone lanam eodem medicamento madentem super hæc applicat Aetius. Guido Gaulicus pilos incidit, & alijs miscet. Alij præter pilos miscent bolum Armeniam, sang. dracon. mastichem, terram sigillatam: succum plātaginis addunt, & stupis excipiunt. Puluis Aueantperus, eandem gignit abrafā erant esse, & vlcere suppurato, etiam si crassa mentis appareat. Recip. sarcocollā, thuris, ireos, sanguinis draconis, myrrhæ, aristoloch. longæ, ana, fiat puluis. Multis in usu est, sumptus ex Gal. lib. s. meth. & ex caragmaticis in lib. de comp. phar. g. Puluis ex limatura chalybis aceto aliquoties macerata, & siccata. sumptus drachm. j. & s. cum sacchari vnc. ij. ieiuno sumptus, humiditatem excrementosam, & putrem ventriculi, hepatis, lienis, & aliarum partium nutritoriæ absumit, obstructions liberat: ob id saluberrimus est ictero vtriq; & incipienti hydropi, cachexiæ, cacochymix, coctionem ob id inuit, & appetentiam inuitat, ablati scilicet cantis prosternentibus. Alumen rupis vsum: vlcibus omnium partium putridis, fistulosis, vel aliter maleficis confert, & multo magis si ante vlcera lauentur, & foueantur aqua, vel lixiuio, vel vino, quo puluis iste maceratus sit, & colando remotus. Chirurgis in usu multo est. Turbith drach. j. hermodactylorum, drach. s. zingiberis, scrup. j. sacchari, vnc. s. Da drach. j. & s. ieiuno cum iure pulli, vel alio idoneo, pituitam a partibus remotis purgat: ob id saluber est affectibus iuncturarum. Cymini drach. ij. cum vino calido a ieiuno diebus aliquot sumptus, curat colicū dolorem, & prohibet.

Pul. contra pestem vtitur.

Rec. radic. tormentillæ, dictamini, vinici, scabiosæ, radi. buglos. fæ, ana vnc. s. semi. citri, & acetosæ, ana drach. iij. coriandri præparati. semi. portulacæ, rasuræ, eboris, ana drach. ij. corallij vtriusque, ana drach. j. s. rosarum rubrarum drach. j. terræ sigillatæ veræ vnc. s. boli Armeniæ veræ, vnc. ij. fiat puluis.

Pul. elect. de bolo.

Dosi ad pestem, boli arme. drac. ij. cum aqua ros. vnc. s. g. g. vnc. s.

Rec. omnium fantolorum, galangæ, signi aloes, cinnamomi, coralli. rub. rosarum rubr. semi. melonum, ana drach. s. rad. tunici, & tormentillæ, ana drach. iij. rasuræ eboris, cornu cerui ana drac. semi. nucem mosch. vnam: niacis, cebebatem, ana drach. j. anisi, marathri, zingib. ana grana xv. semi. acetosæ, citri, unij. per. bombacis, caryoph. ana drachm. s. boli Armeni drachm. ij. fiat puluis.

Pul. contra lumbricos.

Rec. semi. contra lumbricos vnc. j. lupinoru, vnc. s. absinthij, drach. ij. cornu cerui vtriq; drach. j. s. fiat puluis.

Pul. pro epithemate cordis.

Rec. florum buglosi, boraginis, melissæ, ana manip. s. fantolorum omnium, rosarum rub. ana drach. ij. doronici, been albi, & rubri, carabæ, olli de corde cerui, ana scrupulos quatuor, corticum citri, semina oxalidis, ligni aloes, caryoph. ana drac. j. s. croci, scrup. s. marg. drach. s. moschi. gra. ij. camphoræ. gra. v. fragmentorum lapid. omnium preciosorum, drach. j. corallij vtriusque, spodij, ana drachm. semi. trita per se misce.

Pul. cordialis ex ipsidem, vel sic.

Recip. corallij vtriusque, sigilli Lemnij veri ana vnc. s. rasuræ eboris, cornu cerui, ana drach. ij. margar. drach. j. coriandri præparati, spodij rosarum, ana scrup. ij. s. oxalidis, fragmentorum preciosorum, olli de corde cerui, ana drach. semi. sacchari, vnc. ij. folia auri, & argenti, ana xxv. per se trita probe, serua.

Pul. violarum odoris.

Recip. rad. tridis. Florentinæ, lib. iij. maioranæ sicce, quart. vnum, calami aromatici, vnc. ij. rosarum, violarum, ana vnc. v. caryophyll. vnc. j. & semi. moschi, drach. j.

Pul. alexipharmacus ex cordialibus.

Ex bolo Armenica cum aceto præparata, semine rutæ, doronico, carabe, cardui benedicti semine, xyloaloe, serico crudo, rad. tormentillæ, dictamini, tunico, scabiosa, croco, ambra, moscho, pul. dia marg. fiat pul. vel cum syrupo de ribes opista.

Pulvis hæc aridus.

PVLVIS ad tussim. Amygdalæ deglubitæ su-
mendæ sunt, quod cortici astrictorij nomihil inest: & ingratus est palato cortex, sed quomodo in puluerē cum sacchari, & feniculi vncijs in summa tribus, amygdalæ vnciæ binæ duci in puluerem possint, non video. Parum tamen intererit ad propositum curandum affectum, qua sit consistentia. Qui medicinam diligenter faciunt, fercula ex amygdalis feniculi aqua, & saccharo ad hunc ipsum affectum strenuum præsidium expeririuntur.

COST.

F. DISTINCTIO DECIMA de Pilulis.



DECIMA distinctio est de pilulis. CHR. Cor pilula inuenta.

Pro introductione dicendorū aduertit, quod propter duas vtilitates, & iuuamenta principaliter pilulæ fuerunt adinuenta. Et prima vtilitas est propter earum displicentiam in sensu gustus. Secunda vtilitas est, vt magis a remotis attrahant materias in eis contentas, maiorem moram in stomacho contrahendo. Medicinæ autem liquide solutiuæ, quia cito descendunt de stomacho, paucam in ipso moram contrahunt, & ideo non sunt tantæ potentia in attrahendo, & soluendo humores, quantum sunt pilulæ. Vltius notandum, quod vltus pilularum nō est multum regularis, nec conueniens in principio februm, nec in principio febrium quietarum phlegmaticarum: nam cōmuniter pilulæ componuntur ex medicinis simplicibus multæ acuitatis, & caliditatis: vnde ex earum complexione inducunt inflammationem in corporibus occulte febrientibus: nec conueniunt in quietis phlegmaticis in principio, cum materia sit parua, & occulta, & indigesta: tales autē pilulæ factæ ex medicinis fortiter solutiuis, quæ conueniunt in processu talium febrium, & digesta materia, in principio non conueniunt propter agitationem, & motionem in ea. Portiones autem puta cum decoctione, & admixtione simplicium ad inuicem possunt remitti in ipsarum caliditate, si qua esset superflua in solutiuis componentibus ipsam, vnde prohibentur etiam in principio febrium acutarū, si medicina potabilis sit lenitiua, vt facta ex calia, vel manna cū leuissima dosi medicinæ solutiue admixta cum eis, vt cum modico succo rosarum, verbi gratia, quæ medicina dicitur communiter minoratiua, cum qua completa digestio in materia non est expectanda in ægritudinibus materialibus. Vltimo nota, quod pilulæ fortes, & solutiue, debilibus, & quibus virtus stomachi est deiecta, non sunt exhibendæ, quia in talibus, neque liquefiunt, neque ad actum reducuntur, anxietatem magnam in huiusmodi corporibus inducentes, & etiam multū extenuatis pilulæ parua inferunt iuuamētū: immo potius in eis sunt prohibendæ.

GRÆCÆ coccia, & cataporia vocant.

MAN.

Quom